

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decreta

Brant, Sebastian

[Basel], after 1. März 1499

Sessio tricesimaprima de causis

[urn:nbn:de:bsz:31-313515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313515)

Sessio tricesima prima

centibus ministratur prout pro reuerentia ipsius sacramenti ⁊ salu-
te fidelium viderit expedire / siue aurem sub vna specie siue sub duplici
quis comunicet fm ordinationem seu obseruationē ecclesie proficit di-
gne comunicātibz ad salutem . Nec nullatenus ambigēdū est quod
non sub specie panis caro tantum / nec sub specie vini sanguis tantum
sed sub qualibet specie est integre totus christus / Laudabilis quoq; cō-
suetudo comunicandi laicum populū sub vna specie ab ecclesia et san-
ctis patribus rationabiliter introducta / Et hactenus diuissime ob-
seruata ⁊ a doctoribus diuine legis sacrarum scripturarum atq; ca-
nonum multam peritiam habentibus iam a longeuo tēpore cōmen-
data pro lege habenda est / nec alicui licitum est eam reprobare / aut
sine auctoritate ecclesie ipsam immutare. Datum Basilee in nostra so-
lenni et publica Sessione .x. kalēdas Januarij . Anno a natiuitate do-
mini Millesimoquadringentesimo tricesimo septimo.

¶ Sessio tricesima prima de causis.

Sacro sanctā generalis syno-
dus Basiliēn . in spiritus sancto legitime congregata
vniuersalem ecclesiam representans / ad futuram rei
memoriam . Ecclesiastice sollicitudinis studiū iugiter
inuisigare cōuenit vt fraterna charitas in clero et po-
pulo christiano vigeat ne quisq; per vexationes ⁊ af-
flictiones indebitas primū suū opprimere permitta-
tur / sicq; iusticie ordine debito cuiuslibet ministratur . Et ex vris dolosis
auferat nocendū licentia / et quies ac tranquillitas rectorum non faci-
le perturbetur / inoleuerūt autē hactenus intollerabilium vexationū
abusus permulti dum nūmūm frequenter / a remotissimis etiā par-
tibus ad romanam curiam et interdum pro paruis et minutis rebus
ac negotijs q̄ plurimi citari et euocari consueuerūt / atq; ita expensis
et laboribus fatigari vt nō nunq; cōmodius arbitrarentur iuri suo ce-
dere / aut vexationem suam graui damno redimere q̄ in tam longin-
qua regione litū subire dispēdia / sic facile exiit calūniosus opprime-
re pauperes / sic beneficia ecclesiastica plerūq; in iuste p̄ litū anfra-
ctus obtenta sunt dum iustis possessorib; eorū seu quibus illa de iure
cōpeterēt / neq; opes neq; facultates ad illos sūp̄ra sufficere poterat
quos longinqua profectio ad romanā curiam et litis agitatio in ea-
dem deposcebat . Confundit etiam exinde ordo ecclesiasticus dum or-
dinarijs iudicijs sua iurisdicōio minime seruetur pecunie et faculta-
tes regnorum ac prouinciarum hoc pacto non parum diminute sunt .
Et quod vniuerso ecclesiastico ordini admodum nocere compertum
est / Hic quos ad summa negotia christiane religionis sublimitas di-
gnitatis euocabat minus illis reddebant intenti dum iporū mentes

R iij

Sessio tricesimaprima

nimium occupabat assidua causarum multitudo. Que attendens hec sancta Synodus / et pro reformatione ecclesie dei in capite et in membris iuxta potestatem sibi a domino concessam / cuigilans ut omnia deinceps ordinata ne congruo peragantur ad salutem animarum et pacem ac quietem cuncto:rum Statuit et decrevit quod in partibus ultra quattuor dietas a romana curia distantibus / omnes quecumque cause exceptis maioribus in iure expressis enumeratis / et electionum ecclesiarum cathedralium et monasteriorum quas immediata subiectio ad sedem apostolicam deuoluit / apud illos iudices in partibus qui de iure aut consuetudine prescripta vel privilegio cognitionem habent terminentur et finiantur. Et ne sub umbra appellationum que nimium leuiter et nonnunquam frivole hactenus interponi uise sunt / atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sepe multiplicari materia fouendis iniustis / verationibus relinquantur. Statuit eadem sancta Synodus / quod si quis offensus coram suo iudice habere non possit iusticie complementum / ad immediatum superiores per appellationem recursum habeat / nec ad quemcumque etiam ad papam obmissio medio neque a grauamine in quacumque instantia / ante diffinitiuam sententiam quomodo libet appelletur nisi forsitan tale grauamen extiterit quod in diffinitiuam reparari requiret quo casu non alias ad immediatum superiorum liceat appellare. Si vero quispiam a sedis apostolice immediate subiecto ad ipsam sedem duxerit appellandum causa per rescriptum usque ad finem litis inclusiue in partibus committatur. Nisi forte propter defectum iusticie / aut iustum metum etiam in partibus conuictis / de quibus in commissione exprimentis legitimum prius documento alias que per iuramentum summarie constiterit apud ipsam sedem fore et merito remedia. Et quecunquid in contrarium huius saluberrimi decreti attemptatum factum vel obtentum fuerit sit nullum ipso facto. Litigantesque qui contra fecerint in expensis condemnentur. Romane vero ecclesie cardinales vicecancellarium camerarium magni penitentiarium / protonotarios et alios sedis apostolice officiales actu in romana curia suis officijs insistentes hoc decreto non intendimus comprehendi / ne tamen in dissolutionem vel translationem presentis concilii aut erectionem Conuenticuli apud ferrariam vel alibi sub nomine concilii generalis Quas dominus Eugenius papa quartus efficere conatus est / vel coneretur in futurum. Causas ipsas et maxime incorporatorum aut incorporandorum in hoc sacro concilio quas hec sancta Synodus remittent aut non acciperet in curiam ipsius domini Eugenii / aut prefatum conuenticulum ferrariense vel aliud defacto trahi contigerit in fomentum dissolutionis translationis et erectionis predictorum. Uoluit eadem sancta Synodus causas quascumque pendentes et commissas / aut etiam quascumque causas incorporatorum / atque alias per appellationem deuolutas aut deuoluendas / necnon illas que obseruationem decretorum ipsius sancte Synodi concernunt apud eandem Synodum ipsa durante / seu donec aliter fuerit ordinatum tractare. Saluis

Sessio tricesimaprima

etiam aduocationibus causarum pendentium in romana curia per que-
cunq; nostra decreta factis aut faciendis. Decretis etiam alijs et ordi-
nationibus eiusdem sancte Synodi in suo robore remanentibus. Da-
tum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi. sollemniter ce-
lebrata. ix. k. las. Februarij. Anno a natiuitate domini. Millesimo qua-
dringentesimo tricesimo octauo.

Decretum de collationibus beneficiorum.

Sacro sancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu san-
cto legitime congregata vniuersale ecclesiam representans.
Ad perpetuam rei memoriam. Placuit diuine pietati hoc tem-
pore animos hominum qui varijs abusus irritari ceperant
vehementius excitare vt saluus queres cunctorum et per Sy-
nodum vniuersale ecclesie in melius reformarentur euz saluari directio
ne capitis et membrorum in viam iusticie et sanctitatis. Quod vt facili-
us atq; ordinarius fieret/et ne preteritum vartarum opinionum aut roma-
ni pontifices/ aut alij quicumq; non satis vniuersalibus concilijs obe-
dirent. Pre-disposuit eadem diuina pietas in sacro Constantien. conci-
lio synodorum vniuersalium iurisdictione ita declarari vt nulli relinque-
retur ambigen di occasio cum decreto solenni diffinitum extiterit vniuer-
sale conciliū habere auctoritate immediate a christo cui quilibet cu-
iuscunq; status et dignitatis etia; si papalis fuerit obedire tenetur in
his que pertinent ad fidem ad extirpatione scismatis et reformatione
ecclesie dei in capite et in membris ac pertinentibus ad ea. Dum autem
hec cura reformande ecclesie huic sancte vniuersali Synodo Basiliensi.
incumbit/ hoc vnum singulari sollicitudine psequendū arbitratur/ vt
per singulas ecclesias ministri instituant idonei/ qui scientijs et virtu-
tibus effulgeant ad christi gloriam et vniuersi populi christiani edificari
onem salutarem cui rei graue impedimentū hacenus afferre visa est
gratiarū expectatiuarū multitudo que gravem ordini et statui ecclesi-
astico perturbacione vartasq; inordinaciones ac plurima discrimina
comperit inieciisse. Ex his enim frequentius dati sunt ecclesijs ministri
nō probati nec cogniti vacaturorumq; beneficiorū expectatio sicut anti-
qua iura testatur occasione desiderande mortis aliene prestare solet
quod plurimū preiudicat animarū saluti. Sed et insuper lites innum-
mere et cōtentiones inter seruos dei excitantur rancores et iurgia nu-
truntur. Pluralitatis beneficiorū feruetur ambicio facultates ac pecu-
nie regnorum et prouinciarū mirum in modū exhauriunt pauperes dis-
currendo ad romanā curiam innumerabiles verationes subeunt/ et in-
ter viarum discrimina nōnunq; spoliant occidunt ac varijs affligun-
tur pestibus/ atq; suis patrimonijs ac parentū opibus exhauritis gra-
ui egestate subiacere coguntur. Plurimi absq; iusto titulo beneficia sibi
vendicant/ et non quibus iure debentur illa obtinent. Sed nonnunq;
hij quibus aut circumueniendi proximum maior astutia/ aut ad litu-

Sessio tricesima prima

ganduz facultas suppetit vberior / sub inuolutionibus quoq; preroga-
tiuarū antelationū aliorumq; huiusmodi gratias cōcomitantū frau-
des plurimas z deceptiones contrigit inueniri. Iuuenibus etiam qui
studio litterarū z virtuosis operibus intendere deberent datur mate-
ria euagādi qui sepius per litū anfractus z varios discursus ratione
gratiarū ipsarū turbantur z inquietant. Ordinarijs collatoribus suū
ministerium subtrahitur z cōfūdēt ecclesiasticus ordo dum vniciq; sua
iurisdictio nō seruat. Romani dum officia inferiorū nimīū sibi vendi-
cant a maioribus z magis fructuosis operibus vniuersale bonū con-
cernentibus retrahunt. Nec inferiorū directioni atq; correctioni inui-
gilant sicuti publica vtilitas exposcit. Que omnia grauem cōfusione
statu clericali z sacerdotali in dispendiū diuini cultus et piudiciū pu-
blice salutis afferunt. Possentq; grauiorem in futurū afferre ruinā re-
bus his in deteriora iugiter placentibus nisi puideretur in aduersuz.
Volens itaq; hec sancta Synodus super his oportunū remediū ad-
hibere statuit z decernit vt romanus pontifex qui p tēpore fuerit eas
deinceps gratias expectatiuas / aut nominatiōes nullo mō nulla ve-
re causa concedat cum ipse p ceteris ne sit tantoꝝ occasio maloꝝ absti-
nere debeat. Frustra em̄ inferioribus inhiberetur si ipse qui alijs debet
esse omnīū bonoꝝ et virtutū exemplar nō abstineret. Et enim ille san-
cissimus z doctissimus leo papa inquit. Totus familie dñi status et
ordo mutabit si quod inquiris in corpore nō inuenitur in capite. Inre-
gritas etiam presidentiū salus dinoscit esse inferiorū. Lessentq; de cete-
ro iam facte z tam ipse q̄ etiam fiende si que fiant nulle sint ipso facto.
Exceptis illis gratijs z nominatiōibus super quibus processus iam
sunt expediti / quas ex certis rationabilibus causis in octo mensibus
quibus ad nos cursū cōsueuerunt habere tollerandas durimus do-
nec aliter fuerit ordinatū. Reseruatiōes etiā particulares quecūq; fu-
erint beneficiorum vacaturōz tam per romanos pontifices q̄ per le-
gatos sedis apostolice decetero nulle sint ipso facto. Nō tamen inten-
dit prohibere hec sancta Synodus hoc presenti decreto quo minus
futuri romani pontifices tempore pontificatus sui modo honesto / et
conuenienti de vno beneficio ad collationem in qua fuerint decem be-
neficia / et de duobus vbi fuerint quinquaginta z vltra disponant. Ita
tamen vt in eadem ecclesia cathedrali vel collegiata duas prebendas
suo tēpore non cōferant / vt qualificationes graduatorū inferius dis-
gnate in ipsis prebendis suum valeāt fortiri effectum. Neq; etiam col-
lationes per puentiōem fiendas intendit impedire decreto nostro
de reseruatiōibus quo ad cetera et alijs decretis huius sancte Syno-
di in suo robore duraturis. Ut vero ceteri ad quos beneficiorum dig-
nitatum personatum officioꝝ z administrationū collatio seu que-
tus dispositio spectat ad prouidendū litteratis viris et scientia peror-
natis specialius astringantur. Voluit eadez sancta Synodus certas

Sessio tricesima prima

qualitates virorum litterarum et graduatorum designari quibus certo ordine debeat prouideri prout inferius annotatur. Adiciens quod si per prelatos et doctores alicuius nationis in hoc concilio consistentes pro bono sue nationis aliter circa huiusmodi qualificationes disponendum videatur in futurum quicquid per illos fuerit ordinatum et in generali congregatione presentis concilij conclusum et tunc prout extunc ratum et firmum habeatur / et vim decreti habeat / ac si in presentis decreto de verbo ad verbum expressum foret. Quod si quis cuiuscunque status etiam si cardinalatus patriarchalis pontificalis aut alterius cuiuscunque dignitatis contra predictum ordinem et qualificationes ut premititur designatas vel designandas de ipsis beneficijs dignitatibus personaribus officijs et administrationibus quouismodo disposuerit eo ipso sit irritum et inane. Collatio quoque huiusmodi ac prouisio seu quevis dispositio ad superiorem primum deuoluatur / qui similiter habeat prouidere / quod si non fecerit ad alium superiorem primum deuoluatur gradatim usque ad summum pontificem ascendendo. Non volumus tamen ordinarios collatores et eos ad quos presentatio seu alia quevis dispositio beneficiorum spectat in quattuor mensibus quibus prefate gratie expectatiue vel nominationes cursum non habent donec ipse gratie et nominationes ad eorum collationem prouisionem presentationem seu dispositionem concesserint ad qualificationes infra scriptas obseruandas astrungi.

¶ Sequitur qualificationes et ordo in conferendis beneficijs per ordinarios de quibus supra tactum est.

Orimo cum per generalis concilij statuta sancte ordinatum existat quod quilibet ecclesia Metropolitana teneatur et debeat unum habere Theologum qui sua doctrina et predicationibus fructus salutis afferat. Ordinatur hec sancta Synodus / quod extendatur etiam huiusmodi ordinatio ad ecclesias cathedrales taliter videlicet quod quilibet collator ipsarum prebendarum teneatur et debeat canonicatum et prebendam quam primum facultas se obtulerit / et inueniri poterit vni magistro licenciato vel in theologia baccalario formato qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit et onus residentie ac lecture et predicationis subire voluerit qui quibus aut semel ad minus per singulas hebdomadas sancte legitimo impedimento legere habeat / et quotiens ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit ad arbitrium capituli in subtracta one distributionum totius hebdomade puniri possit. Et si residentiam deseruerit de alio prouideatur. Clerum tamen ut liberius studio vacare possit nihil perdat cum absens fuerit a diuinis. Insuper quod in quolibet ecclesia cathedrali vel collegiata ultra predictam prebendam theologo ut premititur assignandam tertia pars prebendarum

Sessio ticesimaprima

cōferatur graduatis alias idoneis modo et forma infrascriptis / sic q̄
prima vacatura h̄mōi graduato / et deinde post alias duas sequēs eo-
dē modo cōferat̄ et sic deinceps videlicet magistris aut licenciatis seu
baccalarijs formatis in theologia qui p̄ decennium in aliqua vniuersita-
te priuilegiata. Doctoribz seu licenciatis in altero Iurium vel medicina
qui p̄ septē annos in sua facultate studuerint in vniuersitate vt supra
Magistris seu licenciatis in artibus cū rigore examinis qui p̄ quinque
nium in aliqua vniuersitate a logicalibus inclusiue / et supra in artibus
vel in alia superiori facultate studuerint Necnō in theologia qui p̄ sex
annos vel in vtroqz aut in altero iurium Baccalarijs qui p̄ triennium
Si nobiles ex vtroqz parente et ex antiquo genere / alias aut per quin-
quēnium / cōsimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suuz
studium fecerint qui de p̄dictis gradibz tpe et nobilitate supradictis fidem
facere teneant collatorū p̄ legitima documenta / et hortamur tamē
ordinarios collatores q̄ in cōferēdis b̄nificijs h̄mōi p̄ferunt quo
ad dignitates respectū habeāt singulariter ad magistrōs necnō licen-
ciatos et baccalarios formatos in theologia In dignitatibz vero non
electiuis p̄sonatibz administrationibz et officijs dicarū ecclesiarū idē
ordo modus et forma in omnibz obseruent̄. Quod si quis ex dictis
qualificatis tpe vacationis p̄bēde seu dignitatis h̄mōi alias duas ob-
tineat prebendas seu dignitates et prebendas aliā seu aliud b̄nificiū
seu beneficia quod vel que residendo in altero ipsorū et horis diuinis
interessendo valeret seu valerent vsqz ad summā seu estimationem du-
cētorū florenoz camere / Similiter quicunqz duas prebendas cathe-
drales obtinuerit nullatenus in ipsa tertia parte includi seu apprehen-
di censeatur. In ecclesijs autem parochialibus qui in ciuitatibus
aut villis muratis existunt instituuntur persone sic vt supra qualifica-
te aut ad minus qui per tres annos in theologia vel altero iurium seu
magistri in artibus qui in aliqua vniuersitate priuilegiata studentes
fuerint et huiusmodi gradum adepti fuerint si tales potuerint inueni-
ri / qui voluerint huiusmodi b̄nificijs deseriuire / Et vt facilius inue-
niri possint Statuit hec sancta Synodus q̄ quolibet anno durante
tempore quadragesime / omnes et singuli hoc modo qualificati de ip-
sa dyocesi / et alij qui voluerint habeant per se vel per procuratorem sua
nomina exhibere illis ad quos b̄nificiorum curatorum collatio vel
presentatio spectat seu eorum vicarijs / quod si non fecerint collatio seu
presentatio vel dispositio aliterqz vt premittitur facta non propter hoc
irrita censeatur. Et similiter in collatione tertiae partis prebendarum
superius memorata intelligatur si tot graduati seu qualificati mo-
do premissio potuerint inueniri tancanturqz vt premittitur ipsi gra-
duati et qualificati sua nomina tempore predicto ipsis ad quos be-
nificiorum dispositio spectat seu eorum vicarijs exhibere per se vel
per procuratorem / Quod si non fecerint collatio seu presentatio

Sessio tricesimaprima

vel dispositio aliter q̄ vt pmittit̄ facta nō p̄pter h̄ irrita cōsecat̄. Si autē illi ad h̄s b̄nificior̄ queuis dispositio spectat cōtra supra dictarū q̄lificatiōnū designatiōnē z ordinē aliq̄d b̄nificiū p̄ulerint seu ad ip̄m p̄nta uerint vel quōlibet disposuerint sit ipso facto irritū z inane velut superioris p̄missum est / et nihilominus per cōcilia p̄uincialia cum in his de fecerint / aut etiā p̄sonis nō y doneis quoquomodo p̄uiderint iuxta reuocem cōstitutiōnis cōciliij generalis que incipit. Braue de prebendis corrigant̄ z debite puniant̄. Illi uero ad quos b̄nificior̄ regulariū spectat collatio seu dispositio p̄missis indignis eadē religiosis y doneis cōferant̄ z assignat̄. Quod si aliter fecerint per eorū superiores et capitula p̄uincialia corrigant̄ z debite puniant̄.

Decretū de suspensione dñi Eugeniij pape quarti ab administratione papatus tā in spūalibus quā tēporalibus.

Sacro sancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime cōgregata vniuersalē ecclesiā representās / ad futurā rei memoriā. Audiuit ois ecclesia tam a plurimo tempore quo pacto hec sancta Synodus inter cetera ob reformationē ipsius ecclesie dei in capite z in membris specialiter cōgregata cū sua decreta salubria passim cōtemni p̄spiceret abusuū q̄ deformitatē cōtinuari atq̄ etiā plus solito inualecere in diuine maiestatis offensam / et vniuersi sacerdotij atq̄ totius christiane religiōis ruinam miserabilē videretq̄ periculosissimū scisma per erectionē alterius p̄nisi concilij isto durante z alia plurima scādala imminere pp̄lo dei / ac vniuerso orbi p̄urbationē nō modicam ex resistētia quā aduersus debitas reformationē ecclesie z salubria huius sancte Synodi vbera opera dñs Eugenijs papa quartus diuisionē assiduā fouendo / et libitū pp̄te voluntatis decretis ac ordinatiōibz Synodalibz p̄ferendo prestare videbat̄. Impulsa est post longā plurimū annoꝝ expectatiōnem sup̄ regimīne ecclesiastico salubri p̄uisionē q̄rere et ipsum dñm Eugeniū inducere vt ea que saluti sum̄ptis z vniuersę ecclesie cōgruebant in tantis tanq̄ vrgētibus necessitatibus agere curaret. Cum hoc ipsum eidē sancte Synodo maxime liceret atq̄ incūberet ex ea auctoritate quā a christo immediate accepit. Eū vniuersi fideles cuiuscūq̄ status etiā si papalis existant obedire tenent̄ in his que p̄tinent ad fidem extirpationē scismatis z reformationē ecclesie in capite z in membris veluti determinatio vniuersalis ecclesie in sacris scripturis fundata z in celeberrimo concilio cōstantien̄. pmulgata diffinuit. Adijciens q̄ quicūq̄ cōtrariaciter ipsi vniuersali cōcilio obedire cōtempserit in p̄dictis z p̄tinentibus ad ea cōdigne penitētie subijciatur z debite puniatur / ad alia iuris remedia si opus fuerit recurrendo. Et tandem pridie Kalēdas mensis Augusti nouissime p̄teriti decreuit hec sancta Synodus terminū sexaginta dierū p̄emptorie p̄figere infra quez p̄fatus dñs Eugenijs corā eadē synodo per se vel per aliū cōpareret / si qua

Sessio tricesimaprima

super predictis / ac alijs in dicto monitorio expressis ceterisque in futurum
proponendis que pro tunc non sine rationabili causa tacebant pro sui ex-
cusatione vel defensione deceret proponenda. Quo termino elapso siue di-
ctus dominus Eugenius compareret siue non hec sancta Synodus ad ulterio-
ra procedere decreuit cognoscendo et terminando prout ecclesie sancte dei
spiritu sancto dictante videre expedire. Sed quod cum dolore referimus
ipse dominus Eugenius infra assignatum terminum neque per se neque per alium
comparere voluit aut minimam excusationem si quam haberet transmittere / im-
mo correctionem effugere volens dissolutionem et translationem concilii quam
de iure non poterat de facto pendere termino attemptavit. Cum tamen
iam altera vice dissolutionem huius concilii per eum attemptatam revoca-
set declarans eam irritam et inane / dicensque ipsum concilium pro refor-
matione ecclesie in capite et in membris legitime inchoatum continuatum
fuisse et speculationem habere debere perinde ac si nulla dissolutio facta fu-
isset. Quibus attentis elapso dicte citationis termino suam contumacia-
m in publica sessione promotores et procurator fiscalis huius sacri concilii
accusaverunt. Erigentes iustitiam hec sancta Synodus in sua sessione con-
tumaciam ipsam domini Eugenii sufficienter accusatam declaravit ipsumque con-
tumacem reputavit / decernens eius absentiam non obstante ad ulterio-
ra procedendum fore / put ipsi sancte Synodo videre. Consideratis necessitati-
bus et utilitatibus universalis ecclesie. Et quamquam attentam contumaciam ma-
gnitudine eadem sancta Synodus absque ulteriori expectatione in ea-
re procedere potuisset. Volens tamen nihilominus cum omni mansuetudi-
ne et benignitate procedere ad instantiam inelucte memorie Sigismundi ro-
mano- imperatoris. Et venerabilium archiepiscoporum ceterorumque illustri-
um principum Electorum sacri imperii per sexaginta dies adhuc censuit
differendum ut per huius sancte Synodi patientiam probaretur. Si ipsius
domini Eugenii animus ad salutem sui ipsius et universalis ecclesie inclinari
valeret. Confestim autem plenius innotuerunt eaque adversus hanc san-
ctam Synodum et eius supposita in premissa dissolutione iam attemptata
ipse dominus Eugenius perpetraverat transferendo hoc sacrum concilium in ci-
vitatem Ferrariensem. si contra ipsum aut aliquem oratorum suorum ulterius pro-
cederet. Et precipiendo sub penis et censuris gravissimis quas tamen in-
ferre non poterat / suppositis huius concilii ut ab eo discederet. Qua in-
re decreta sacre Synodi Constantiensis. et istius manifeste violabat trans-
ferendo concilium pro libito voluntatis preter consensum ipsius / ac etiam
usurpando sibi auctoritatem supra sanctam Synodum de reformatione ec-
clesie in capite agentem non recte sentiens ut videbatur de auctoritate sacro-
rum conciliorum / ac determinationibus universalis ecclesie fidem con-
cernentibus tam in ipso Constantiensis concilio quam in isto promulgatis
super obedientia quas summi pontifices Synodis universalibus ex-
hibere tenent / ac etiam scisma introducens et aliud concilium isto duran-
te erigens quod non fore concilium sed conventiculum scismaticorum iam

Sessio tricesimaprima

Precedentibus decretis fuerat declaratum ad dissolutionem concilii iam semel per ipsum reuocatum iterum redeundo / et ex modo dissolutionis ac penarum adiectionis supra concilium iurisdictionem in facto reformationis assumendo se non concilio sed concilio sibi obedire teneri factis suis protestando. Verebaturque tantarum tamque grauium offensarum in ecclesia dei et scandalum ipsius iam pluries attemptatum ac preiudicium si dei multitudo ut illico in ipsum dominum Eugenium iusti iudicii sequeretur vlcio pro ipsius et vniuersalis ecclesie salute. Sed non immemor hec sancta synodus materno pietatis adhuc expectare veluit / si forte ipse dominus Eugenius a tanta inobediencia resipiscere conuerteret ad cor. Evidentissimisque turibus et rationibus declarauit hanc dissolutionem et translationem nullas penitus esse nulliusque roboris et momenti cum omnibus inde securis. Intermissa quoque celeriori condignarum inflictione penarum hec sancta Synodus eas duntaxat penas aduersus prefatum dominum Eugenium eorumque pmulgare dixit que aduersus romanos pontifices sacra generalia concilia dissolvere et perturbare temptantes ordinate fuerant ut videlicet nisi infra quattuor menses a die dissolutionis et translationis per eum attemptarum resipisceret cum satisfactioe reali ab omni administratione papali esset ipso facto suspensus. Que quidem papalis administratio ad generale concilium deuolueretur. Et si hanc penam per duos menses sustineret animo indurato post quattuor predictos menses contra ipsum usque ad priuationem indulsue per concilium generale prederet quas penas hec sancta Synodus ipsum dominum Eugenium si non resipisceret cum satisfactioe reali ut premitur declarauit / et non solum declarauit sed etiam expresse decreuit incursum. Cum vero iam et prior terminus sexaginta dierum indultorum post contumaciam accusatam / et alius quattuor mensium post diem presentis dissolutionis et translationis huius concilii per ipsum dominum Eugenium attemptarum elapsi sint et pendentibus ipsis dilatoriis nullam correctionem aut emendationem conspiciat puenisse / immo potius continuatione abusu et deformitatum in offensam diuine maiestatis et interitum animarum rebellioque et inobediencia domini Eugenii aduersus sanctam Synodum vniuersalem et decreta ipsius procuratio insuper assidua erectio nis illius preteriti concilii Ferrariensis per transmissionem litterarum ad diuersas regiones et conuocationem plurimorum ad idem concilium quod fore conuenticulum seismaticeorum iam declaratum commemorauimus. Ex quibus et auctoritate sacrorum conciliorum per fundamentum et reformationis ecclesie dei extinctio inductio seismaticeorum per erectionem alterius preteriti concilii isto durante concilio / ac denique determinationum ecclesie vniuersalis parumpensio in lesionem irreparabilem catholice fidei sequeretur nisi diuina pietas sue ecclesie in tantis languoribus subueniret. Urgetur tandem hec sancta Synodus ne tanta mala dissimulando assensum illis prestare videatur et ne facilitas venie incentiuum tribuat delinquenti seu mali agendi cum leuiora remedia non proficiunt

Sessio tricesima prima

utiliore et salubriore adhibere medicinam atque post varias expectatio-
nes tandem salutem universali ecclesie providere / et ad suspensionem ipsius
domini Eugenii ab administratione papali / quam penam sacra Constantien-
synodus romanis pontificibus in variis casibus censuit inferendam
precedere alias penas duriores adhuc pro sua mansuetudine differen-
do ut saltem per compulsionem iusticie cum temperamento misericordie ip-
sius romani pontificis animus ad ea que sunt salutis et pacis in refor-
matione debita ecclesie universalis et annue sue et totius populi christi-
ani salutiferam edificationem ipsiusque ecclesie futuris temporibus pacifica-
tionem gratissimam / et auctoritatis sacrorum conciliorum conservacionem valeat
inclinari. In virtute igitur omnipotentis dei in cuius nomine hec san-
cta synodus congregata extitit / et a quo immediate potestatem superni-
versos fideles cuiuscumque dignitatis / etiam si papalis existant permissum
est accepit eadem sancta synodus predictum dominum Eugenium papam quar-
tum manifestum contumacem et in aperta rebellione persistentem ac notorie
incurrigibiliterque ecclesiam dei scandalizantem / omnibus premissis tam con-
iunctim quam divisim attentis ab omni administratione papatus in spiri-
tualibus et temporalibus suspendit ac suspensum esse declarat. processura ta-
dem ad ulteriora usque ad sententiam finale induisive si opus fuerit ipso do-
mino Eugenio amplius non vacato puri utilitati et necessitati ecclesie spi-
ritu sancto dicente spererit expedire. Omne autem ipsius papatus ad-
ministracionem in his omnibusque in spiritualibus et temporalibus ad solus
papam et sedem apostolicam de iure pertinere noscunt eadem sancta syno-
dus ad seipsum decernit et declarat esse devolutam ne propter gubernatio-
nis defectum ecclesia interim varia discrimina pati possit decernens ir-
ritum et inane / quicquid durante hac suspensione per ipsum dominum Eugenium
ratione papatus factum fuerit vel attemptatum. Nec quoque reges princi-
pes communitates et alios quoscumque cuiuscumque status et dignitatis existant
hec sancta synodus monet et requirit / et eis in virtute sancte obedi-
entie et sub divini obtestatione iudicij mandat ecclesiasticis vero perso-
nis quacumque dignitate / etiam si cardinalatus patriarchali aut pontifica-
li prefulgeant sub penis quas ipso facto incurrant excommunicationis et
suspensionis ab omnibus dignitatibus beneficiis et officiis quocumque nos-
trine nuncupent / etiam si forent metropolitanis aut cathedralibus eccle-
sie sue in titulum siue in commendam obtineant vicariis aut gubernato-
ribus vasallis feudatariis et subditis romane ecclesie sub pena privatio-
nis ipso facto omnium feudorum et aliorum quorumcumque iurium et privilegiorum
que ab ipsa romana ecclesia obtinent districte precipit ut durante hac su-
spensione preteritum cuiuscumque iuramenti subiectionis aut premissis fidelitatis
eidem domino Eugenio nullatenus obediant. Ipsos quoque ad huiusmo-
di iuramenta et premissiones durante ipsa suspensione nullatenus astrin-
gi declaramus / sed ad hoc sacrum concilium in omnibus recurrant pro qui-
bus ad romanum pontificem recurrere soliti sunt. Intendit enim hec sancta

Sessio tricesimaprima

Synodus mūde iuste ac sancte necessitatibꝫ quoruꝫcuꝫqꝫ p̄uidere dā
dat p̄terea in virtute sancte obedientie et sub pena p̄uatiōis quā ip
so facto incurrant oīm suozꝫ beneficiorꝫ dignitatū officiorū cōmendazꝫ
pensionū/ et gratiarū quarūcuꝫqꝫ/ etiā expectatiuarꝫ omnibꝫ et singu
lis sancte romane ecclesie cardinalibꝫ archiep̄is ep̄is et aliarū ecclesia
rū prelatibꝫ officarijs et clericis quibuscunqꝫ in romana curia existen
tibus cuiusuis status et cōditionis existāt quatenus infra quadragin
ta dies prime sequentes post diem presentis Sessionis a romana cu
ria recedant Et dein de cardinales patriarche archiep̄i ep̄i et alij eccle
siastici put de iure vel cōsuetudine ad generale cōciliū ire tenent sub
penis iuris iter suū sine fraude cōtinuando ad hoc sacru cōciliū arrip
ant/ reliqui vero qui ad generale cōciliū nō tenent venire ad residendū
et deo seruiendū in pp̄ijs beneficijs vel ad hoc sacru generale cōciliū
sine more dispendio et omni fraude cessante se transferant et accedant
decreto nostro qd̄ incipit Cōpatiēti et alijs quibuscunqꝫ huiꝫ sancte
Synodi i suo reboꝫ duraturis. Omnes autē causas tā ecclesiasticas
sp̄iales qꝫ etiā p̄phanas ciuiles et criminales atqꝫ mixtas inter qual
cuꝫqꝫ p̄sonas cuiuscunqꝫ status aut cōditionis existāt in romana curia
pendentes ab ipsa romana curia hec sancta Synodus in eo statu in
quo sunt ad se aduocatas esse vult et declarat expresse In
hibens oibꝫ iudicibus auditoribꝫ et cōmissarijs quibuscunqꝫ p̄dicte
curie/ etiā si cardinalatus patriarchali pontificali/ aut alia quauis di
gnitate p̄fulgeant/ ne in p̄fatis causis procedere aut quicūqꝫ agere quo
uis modo p̄sumāt Qd̄ si post noticiā huiꝫ decreti nostri quicūqꝫ fecerint
penas excoicationis ipso facto incurrāt ab ipius excoicationis snia hui
ic sancte Synodo dūtaxat ipa durante absolute reservatione aut co
gnitione iusti impedimenti si qd̄ allegaret/ quare a romana curia ad
hanc sanctā Synodū accedere debentes nō accesserunt/ aut recedere
debentes nō recesserūt. Quis quidē impedimenti allegatas causas/
intendit hec sancta Synodus diligēter cū benignitate scrutari. Quic
quid autē contra hāc aduocationē et inhibitionē attemptari contigerit
ipso iure decernit irritū et inane. Et vt fraudibꝫ que excogitari possent
obuietur qꝫ cū datarū anticipationibꝫ p̄sentis suspensionis ac huiꝫ de
creti nostri elusionē littere papales vel aliorū ipsius auctoritate subda
ta ante ipsam suspensionē produci possent/ nisi ante huius decreti no
stri p̄mulgationē fuerunt publicate et nulli a fides adhibeat. Decernit
tandem hec sancta Synodus huius decreti publicationē in presentis
Sessione factā eiusqꝫ affixionem in valis maioris ecclesie Basiliē.
vīm habere monitionis citationis et executionis/ et ita vniuersos ar
tare vt si personaliter apprehensi et eis intimatum fuisset. Datum in
Sessione publica in ecclesia maiori Basiliē. sollemniter celebrata no
no kalendas Februarij. Anno a natiuitate domini Millesimo quā
dringentesimo tricesimo octauo.